



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

CVII. Das Kloster Diesdorf verschreibt den Verweserinnen des  
Seelenamtes eine Hebung aus Wolmersen für eine im Jahre 1341 aus  
Malsdorf verschriebene Rente, am 11. Januar 1354.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

monialium nominatarum ad officium redibit antedictum et ad honorem beati Johannis baptiste, scilicet in festo Natiuitatis, Decollacionis et Epyphanie domini, lumen, vt supradictum est, accendatur comburendo. In Cuius rei euidentiam et maiorem obseruanciam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quinquagesimo secundo, in die exaltacionis sanete Crucis.

CVII. Das Kloster Diesdorf verschreibt den Berweferinnen des Seelenamtes eine Hebung auß Wolmersen für eine im Jahre 1341 auß Malsdorf verschriebene Rente, am 11. Januar 1354.

In nomine Domini amen. Actus quidem temporales labilitate pretererunt, nisi litterarum tenoribus firmiter roborentur. Igitur nos Johannes de Odbernhufen, prepositus, Mechtildis priorissa, Totusque conuentus sanctimonialium in dystorpe recognoscimus et per presentes vniuersis lucidius protestamur, Quod concorditer consensu alique voluntate nostrum omnium, Illum vnum chorum filiginis, quem Dominus Albertus prepositus anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quadragesimo primo pro Triginta sex marcis denariorum in solucionem accommodatorum in saltwedele conuersis vendidit, ad officium omnium animarum christianorum nostri Claustrum habendum ipsum in bonis nostris ville Malsdorpe, Eundem chorum filiginis transponimus seu transmutamus ad predictum officium omnium animarum christianorum Claustrum nostri, perpetue commanfurum, percipiendum et ad habendum ipsum in bonis nostris ville Wolmersen, vnum dimidium scilicet chorum in curia, in qua moratur Bene pronunc, Reliquum dimidium chorum In curia, in qua moratur vese, annis singulis infra Octauam Beati Martini Episcopi Domine amministratrici cuicunque huic officio prexistenti hic in curia nostra et ad manus suas, cui ipsa commiserit, expeditius presentandum. Ita tamen, quod dicti chori dimidietatem Domine Ermegardis, Alheydis et Elyzabeth dicte de Stendal, nostre commoniales, annis singulis festo, vt supra, tollent ad vitam ipsarundem. Eciam ex dictis dominabus superuiuenti diutius singillatim per mortem descendendo integraliter ministretur. Post mortem vero ipsarum prenotato officio cedit iugiter adessendo. In cuius rei testimonium sigilla nostra presenti littere sunt appensa. Datum et actum Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Quinquagesimo quarto, proximo sabbato infra Octauas epyphanie Domini nostri ihesu christi.

CVIII. Johann von Döhre und seine Söhne Dethard und Johann entlassen Reineke von Winkelftedt aller Ansprüche, am 20. Januar 1354.

Ik Johan vom Dore de Olde, Dethard vnd Johan, mine sone, vnd vse rechten eruen bekennet openbar in desme breue, dese wytleken bezeghelet is mit vnsen Inghezgehelen, dat